

ligebat ligna in sabbato qđ facit qui p ociositatē negligentie que
p sabbatū significat peccata omissionū super se eragzeret in fu-
turo vñ cruciabit ps. In labore hominū non sunt re. Matth. xxv.
Seruus piger qđ abscondit pecuniā dñi sui iubeť pñci in tenebras
exteriores Et Achor lapidat⁹ est qđ abscondit argentū ⁊ aurū
qđ sibi dñs retinuerat Josue vii. Quaros viros inērat. vñ tot
palates terre sup eos iacit quot cogitationes de terrenis imittit
vel qđ denarios terras vineas iniuste eos adquirere facit. Nō
qđ modo p talpā significant Ecc. x. Quaro nihil ē scelesti⁹ quoniā
piccit intima sua. i. dñi viuit interrāt⁹. tandē superponit eis dy-
abol⁹ lapidē obstinatiōis ne alienū restituāt nec super paupes mi-
sericordia moueant vñ pñt dicere illud Treno. iij. Lapsa est in la-
cum vita mea ⁊ posuerūt lapidē sup me. hos sic interrabit diabo-
lus in infernū luce xvi. Mortu⁹ est diues ⁊ sepult⁹ est in inferno.
Gulosos cruciat fame ⁊ siti Ad lrām i pñti qđ insatiabiles sunt
sicut infernus ps. Sepulcr⁹ patens est guttur eorū. In futuro eē
cruciabunt sicut diues epulo qui cruciabat in flamma nec potuit
obtinere vnā guttam aque ad refrigeriū lingue sue ysaie. lxxv.
Serui mei comedēt ⁊ vos esuriētis re. Luxuriosos igne incēdit
Nā luxuria ignis ē vsq; ad cōsumationē deuorās Job xxxi. Nota
pueri qui se balneāt ppť estū vt refrigerent sōmergunť hic est vr-
caldeorū. i. ignis vbi Caldei se demonibus sacrificabāt. hos cōbu-
ret dyabol⁹ in futuro igne suo qđ Sap. xi. Per qđ quis peccat i eo
puniētur ysaie vltimo. Ignis eorū nō extinguet Epo. c. xviij. qđ tū
se glorificabit ⁊ in delicijs fuit tm date ei ludū ⁊ tormētū Et. xix.
Qui missi sunt in stagnū ignis ardentis ⁊ sulphur. Non est ergo
bonū eē martirē dyabolī qui sic suos cruciat in pñti ⁊ vehemēt⁹
cruciabit in futuro. Roge n⁹ re.

De Confessore Sermo primus.

Iustum deduxit dñs per vias rectas ⁊ cōdit illi regnū dei Sap. p.
Solent beneficiorū memores beneficia sibi vel suis impēsa refer-
re in laudē et gloriā benefactoris. ideo ecclesia beneficia suis via-
toribus impensa preconizat in laudem et gloriā saluatoris cuius
summū beneficiū est viatorē a deuotione pseruare et in rectam
viā dirigere gress⁹ ei⁹ et b est qđ dicit in verbo pposito. Iustum
deduxit dñs per vias rectas. In quibus verbis iste sanctus cōmendatur

a quatuor. **P**mo a perfectione vite cū dicit iustū. **S**cdo ab honori
ficentia liberalitatis diuine cū additur deduxit dñs. **M**agnus enī
honor reputatur si rex pauperē deduceret per manū ad suū palaci
um **ps.** Tenuisti manū dextrā me. 7 in vo. tu de. 7 cū glo. sus. me.
Tercio ab operis 7 intentionis rectitudine cū subdit. per vias re
ctas. **H**ie enī recte sunt virtutes 7 bona opera que recte ducūt ad
supernā ciuitatem **ps.** Deduxit eos in viam rectā vt irēt in ciuita
tem habitationis **Quarto** ab adeptione premij 7 glorie cū subiū
gitur. 7 ostendit illi regnū dei. **P**rimo ergo cōmendat a perfectiōe
vite cum dicit iustū. **E**st aut iusticia vt ait **Macrobius** Redde vni
cuiq; qđ suū est. vnde qui vult esse perfectus siue iustus congruus
est vt se habeat iuste respectu vniuscuiusq; scz respectu dei respectu
pprii respectu sui respectu subditi. **P**rimo ergo respectu dei erigit
triplex iusticia. **p**rima est in emendatione cōmissorū. **iustū** eīz ē i om
ni curia qđ qui peccatū omittit maxime erga ppriū dominū soluat
emendā qđ ergo offensus deus in multis **iaco. iij.** iustū est vt etiaz
in multis emendem. **H**ec aut emenda fit per penitentiā que punit
culpā 7 bene operando soluit emendā 7 sic reducit hominē ad iu
sticiā **Eccl. xvij.** penitentib; dedit deus viam iusticie 7 **xvij.** **A**n iu
diciū para iusticiā. bene dicit ante iudiciū qđ si iudiciū expectaue
ris duram accipies sententiā ideo bonū est anteq; res deducatur
in iudiciū cōmittē in arbitriū. i. in confessorē **ps.** iusti cōfitebunt
nomini tuo. **i**tem cōfitebor tibi dñe in toto corde meo in cōsilio iusto
rum 7 cōgregatione **puer. xvij.** iustus prior accusator est sui. in q
verbo tres bone cōditiones cōfessionis innuunt. s. qđ fit festina. vñ
dicit prior. **S**cdo qđ fit accusans 7 spōtanea. vnde dicit accusator
Tercio qđ fit ppria vnde dicit sui **Nota** qm contraria inueniūt in mlt
tis qui se excusant 7 alios accusant 7 hi sunt veri filij **Adā Gene.**
ij. **M**ulier quā dedisti mihi sociā **re.** hec tria predicta inuenta sunt
in publicano et ideo meruit iustificari **Luc. xviij.** **S**cda in solutiōe
debitorū vbiq; enī terrarū iustus est vt qui se obligauit ad aliqđ de
bitum soluat **Matth. xviij.** Redde qđ debes deo sāt obligati sumus
omnes in baptismo ad obedientiā et ideo tenemur ei obedire in cō
seruantia mandatorū **ij Macha. ix.** iustū est subditū esse deo **re Rō**
qnto **S**iē per vni; inobedientiā peccatores cōstituti sunt mlti ita
per vnius obedientiā iusti cōstituentur mlti. **Luc pmo** **S**eruiam;
illi oēs

illi oēs cōiter. illi. non ali. in sanctitate et iusticia. nō i peccato et i
 imundicia. corā ipso. nō corā mundo. omnibus diebus nostris nō
 ad tēpus tm̄. **Debem⁹** enī seruire deo oēs cōiter vī generaliter qz
 deus est omniū **Ister xij. ps.** Seruire dñō in timore **Item** singu
 lariter qz nemo pōt duob⁹ dñis seruire **Mathei vi.** Preparare deo
 corda vestra et seruire illi soli **p. R. vij.** **Item** munde et sinceriter qz
 nō amat dñs qd sibi manib⁹ immūdis offerē **ysa. p.** Ne offeratis
 vltra sacrificiū dñō **ie. ps.** Ambulās i via immaculata hic mihi mi
 nistrabat **Item** nō fide s̄ fideliter ne iusticiā vestrā faciatis coram
 hominibus qz tales receperunt mercedē suā **Matth. vi.** **Deu. x.** do
 minus deus tuus petit a te vt timeas eū et diligas eū et seruias ei
 in toto corde tuo et in tota anima tua **Ep̄. vi.** Nō ad oculū seruiē
 tes quasi hominib⁹ placentes s̄ vt christi sui facientes voluntatē
 dei ex animo **ie.** **Item** longanimiter et perseveranter qz qui pseuera
 uerit vsq; in finē hic saluus erit **Mathei x. Lu. i.** Seruiamus illi **ie.**
 omnibus diebus nostris **habem⁹** enī quasi tres mensas de quib⁹
 debem⁹ seruiaciū scz de corde dilectionē de corpore bonā exercitati
 onem. de tpali possessione elemosinarū largitionē. **(Tercia iusticia**
est in supererogatione gratuitoz. iustū enī videtur eē post emēda
tionē cōmissoz et solutionē debitoz curiali dñō aliquaz curialita
tem facere Matth. x. Gratis accepistis gratis date **io dñ. Eccl. xxxv**
Oblatio iusti impinguat altare et odor suauitatis in aspectu dñi.
Ioco ita faciebat. Abel iustus qui dedit dñō de meliori Gene. iij.
et ideo dñs eū multiplicauit et merito Dñs enī tali dispensatori li
benter cōmittit bona sua qui de illis largiter administrat sed mali
dispensatores seruiunt dñō sicut vigellatoz dātes ei vestes veteres
et cibos peiores hi sunt in vita Cayn Gen. 2. etra tles Malach. p.
Maledictus dolosus qui habet in gre. s. mas. et vo. fa. immo. de. do
mino Item respectu primi debem⁹ habere triplicē iusticiā. Prima
est vt alteri nocumenta nō inferamus puer. xvi. Semita iustozū
 declinat mala **ps.** Domine quis habitabit in tabernaculo tuo **ie.**
 qui ingredit sine macula et operat iusticiā nec fecit primo suo ma
 lum. i. qui nec verbo nec ope iniuriat proximo suo **hec fuit iusticia**
The. ij. Videte ne forte furtiu⁹ sit **ie.** **Et q̄rto** Quod ab alio ode
 ris tibi fieri **ie.** hoc nō faciunt raptōres et detractōres similes lupis
 et miluis qui nō viuunt nisi de alienis. **(Scda vt illis offensas re**

mittam⁹ **Eccle. x.** Omnis iniurie primi ne memineris et nihil agas
in operibus iniusticie. Et hoc quidem iustum est si volum⁹ a deo iudi
cari in foro misericordie ut in eodem velim⁹ iudicare cum primo.
Alioquin misericordia non recognoscet vos **ps.** Justus misereatur
et retribuet. **Tercia** est ut nos et nostra illi exhibeam⁹ ut abundem⁹
in omne opus bonum sicut scriptum est **Dispersit deus pauperibus et c.**
h. Cor. ii. Justum quidem est ut servus exhibeat se largum familie domini
sui maxime quando hoc ex hoc mandatum. et scit dominus sui in hoc esse volun
tatem. hoc autem mandatum habemus a domino **Osee x.** Seminate vo
bis in veritate. id est bona intentione et metite in ore misericordie In
ore scilicet illius qui dicit in tempore messis **Matth. xxv.** Esurivi et c. et
post. **Quod vni et c.** qui parce seminat parce et metet **h. Cor. ii.**
Exemplum de diuite epulone qui noluit in agro stercozato serere.
quem habebat ante ianuam suam idcirco post mortem suam nihil messu
it nec etiam vnam micam nec aque guttam **Luce xvi.** **Item** respectu
sui debet quisque habere triplicem iusticiam. **Prima** est ut anime
sue que fidei sue commissa est sit fidelis procurator **puerbi. xiiij.** Ju
stus comedit et replet animam suam venter autem impiorum insaturabilis
q. d. iust⁹ querit et procurat necessaria anime sue sed impius delectabilis
a veteri **Et** hec magna est iniusticia negligere dominum et procurare an
cillam **Job xxiiij.** Obliviscatur eius misericordia dulce. id est. omnis pa
uit enim steri. **et c. Ecc. x.** Peccantem in animam suam quis iusti aut hono
inhon. se. multi tamen plus honorant sotulares suos quam animam suam
Secunda est ut sit corporis sui iust⁹ gubernator ipsum in disciplina tenen
do **ps.** Apprehendite disciplinam ne quando irascatur deus et perdat vi. iusta. debemus
enim corpori nostro habere ut asinum vel servum. **Ecc. xxiiij.** Cibaria virga et
ba. asini. pa. et disc. et opus suo. **Expone.** sed multi dimittunt asinum suum las
ciuire **exemplum** de asino qui saltavit ad collum domini sui. **Tercio** quod
sit utriusque iust⁹ exercitator utrumque in bono promouendo **puer. iij.**
Semita iustorum quasi lux splendet. pce. et crescit usque ad perfectum diem sed semita
multorum est ut lux vespertina que spiritus decrevit **Item** spiritum subditi o
mnes prelati triplicem iusticiam. primo necessaria promouendo **puer. xij.** iust⁹ no
uit scilicet per compassionem et sollicitudinem animas iumentorum suorum id est animarum ne
cessitates. viscera autem impiorum crudelia. et monendo et corrigendo **Ecc.**
xi. Cum in cor. iuste. **puer. x.** Labia iusti erudiunt plurimos. et **xxi.**
Excogitat iust⁹ de domo impij **et c.** **Tercio** per bonum ex^m ad meliora
deducere

deducendo puer. xx. Justus qui ambulat in simplicitate sua bea-
 tos p^o se filios relinquit sic patet p^omū principale in quo notat p^o
 sectio vite cum dicit iustū. Sequit^r scdm in quo notat honorificen-
 tia liberalitatis diuine cum additur deduxit dñs per. Circa quod
 nō q^o sunt tres ductores. Primo enī dyabol^o est dux iniqu^o quia
 ducit ad patibulū puer. xvi. Vir iniquus lactat amicū suū. Dy-
 bolus enī dicit vir nō ppter virtutes s^o ppter vires q^o Job xl. Non
 est potestas sup terrā que oparetur ei. Iniquus dicit ppter neq^o
 etiam et maliciā p^oma. De. ultimo. Aduersarius vester dyabol^o ē. re.
 hic lactat. i. allicit scz per delectationes amicū suū. i. peccatorē fa-
 cientem voluntatē suā q^o sicut dicit Tullius. Vera amicitia ē idē
 velle et idē nolle. Sequit^r et ducit eū per viam nō rectāz ipse enī dya-
 bolus ducit miserū peccatorē per viam delectationū sicut carnifer
 porcū per granū vt alliciat et tandē ducit ad macellū vt interficiat
 multi tamē hunc sequūtur licet modicū lucrū reportent imo pote^o
 nullū cōmō dñi reportāt. Secūdo caro vel mūdus dux est cec^o quia
 ducit ad periculū Math. xv. Cecus si ceco ducatū prebe. nōne am-
 bo in foueā cadunt. Cecus est mūdus qui pmittit ducatū in para-
 disum et tamen impingit in paludes et sic ipse et sequaces ei^o cadūt
 in foueā Job xxi. Ducūt in bonis dies suos et in puncto ad iferna
 descendūt ideo puer. xxiii. Erue omnes qui du. ad mortē et q^o tra-
 huntur ad interlibe. ne. ces. Tales incedunt per viam de qua. pro-
 verbiorū decimosexto. Est via que videtur homini recta et nouis-
 sima ei^o ducunt ad mortē q^o et si mō recta videat post videbitur dis-
 torta qñ mali in inferno clamabunt illd Sap. v. Errauimus a via
 veritatis et iusticie. re. Tercio xp̄us dux est fidelis et bonus qui
 ducit ad regnū. Unde in pposito Iustū deduxit dñs per vias rectas
re. Talem ducē habuit sanct^o N. q^o noluit habere ducē dyabolum
 vel mūdū s^o solū xp̄m ducē Deu. xxxij. dñs solus dux eius fuit. re.
 Nō q^o dñs ducit hominē septē modis s^o septē dona sancti spirit^o
 Primo ergo ducit per donū timoris misericorditer sustentādo cō-
 tra impetū tentationis et aduersarioz ne forte cadāt Ero. xv. dux
 fuisti in misericordia p^olo quē redemisti. Nota quō peregrini sustē-
 tant se cū baculo sic timor dñi est bacul^o quo debem^o nos sustēta-
 re ne in labore tentationis deficiam^o. Ecc. xxvi. Nisi in timore dñi
 tenueris te instāte subito subuertet dom^o tua. Itē debem^o nos defē-

deſe oſtra dyabolū ne in foueā luxurie vſ in laq̄os avaricie detru-
damur **puer. xiiij.** Timor dñi fons vite vt decli. a ru. mortl. **Et xv.**
Per timor. domi. decli. o. a malo hic ē xga ⁊ bacul⁹ peregrini que
ipm oſolat **ps.** Virga tua ⁊ bacul⁹ tu⁹ ipa me oſolata ſunt. **(Se-**
cūdo p donū pietatis q̄ ad oia utilis eſt. i. Thimo. iij. pascendo et
reſcicndo ne deficiāt p̄t nomē tuū dux mihi eris ⁊ enutries me.
Thob. xij. Ille me duxit ⁊ reduxit ſanuz. pecuniam a gabelo ipſe
tulit. vxorē me h̄re fecit ⁊ demoniū ab eo cōpeſcuit **Expone** Ange-
lus ē xp̄us. demon culpa. vxor penitētia. pecunia ḡfa ſanitas inno-
centia **hic** nutrit interi⁹ p cōpaſſionē ⁊ exterius p̄imum per bo-
norū operū exhibitionē. **hec** eſt delbora nutrit rebecca. qz cōpaſ-
ſio nutrit paciētiā **hec** morit̄ in effrata **Gen. xxxv.** verno tpe q̄a
in abundātia ⁊ delicijs nō cōpatimur ſ magis in aduerſis **Eſt** et
alia delbora que ducit exercitū oſtra ſysarā **Jud. iij.** Quia non tm̄
nutrit oſpaſſionē ſ pugnat b̄n̄ficioz largitione **iuxta illud ad Rō.**
xij. Inimic⁹ tuus ſi eſurierit cū illū ſi ſit potū da illi **hoc** ei faciēs
carbones ignis ogeres ſup caput eius **ic. vii.** ⁊ apis habet aculeū
huic diungit benignitas **hec** ē Jabel q̄ interpretat̄ diungū q̄ aqm̄
petenti lac dedit **puer. xvij.** dñ Qui dimittit aquā caput ē iurgioz
qui dimittit aquā otumeliā dicit **hāc** aquā dimittit. i. otumeliāz
petit. q̄ alij eā dedit ſ tali ſic petenti oꝝ lac dari qd̄ nutrimētū par-
uuloz eſt qz rñſio mollis frangit irā **puer. xv.** **Tercio** per donū
ſcientie prudēter viam oñdendo ne errēt **ic. ps.** Deduxit eos i nu-
be dici **ic.** per columnā ſpiritualē accipe ducatū filij qui eſt nubes
p̄pter carnē **ysa. xix.** Aſcendet dñs ſup nubē leuē **ic.** dies dñs eſt p̄-
pter diuinitatē **ps** Ordinatio tua pſeuerat dies **Et bene** dicit̄ Nu-
bes dici nō dies nubis qz ſubiecta erat humanitas diuinitati ⁊ ſ
in illuminatione ſpiritus ſandī **Nubes** dici dñ ſcientia q̄ eſt in eni-
gmate **p̄pterea** nubes pluuiā habet. ⁊ donū ſcientie fluctui. cōpa-
ratur vt qui addit ſcientiā addat ⁊ dolorem **Eccles. i.** **Quarto**
p donū fortitudinis ab hoſtibus potenter p̄tendendo ⁊ offenſiōes
tentationū temporalium amouendo **ps.** Dñe deduc me in iuſticia
tua p̄t inimicos meos **puer. iij.** Ducā te p ſemitas equitat. **ic.**
ideo dicit **ps.** Si ambulauero in medio vmbre mortis **ic.** **Quito**
p donū conſilij. i. viam cōpendij ſociabitur in multitudine aduer-
ſitatū ⁊ illeſione p̄ſperitatū oſortādo. **ps.** Deduxit me ſuper ſemi-
tas iuſti.

eas iusticie ppter nomē suū q. d. nō solum per stratā mādatorū
 s; per semitas cōsiliozū. Et si enī semita sit strictior solet tamē esse
 rectior et mundior et planior quā strata vnde si volum⁹ vitare palu-
 des et cōsimilia Ambulandum est nobis per cōsilia. **(Sexto p do-**
num intellectus delectabit id ad qd ducit ne lassitudine deficiant
prouidendo Sapi. x. Iustū deduxit dominus xē. (Septimo p do-
num sapientie suauiter et dulciter id ad quod ducit preguſtare faci-
endo scz qm suauis est dominus ps. Deduxisti sicut oues populū
tuū xē. ducuntur enī oues cum sal in manu lambūt sic anime cum
gustū diuine suauitatis sentiunt Osee ij. Lactabo e. et ducā eam in
solitudinem et ibi loquar ad cor eius lactat dñs. gratiā cōtemplati-
onis inspiciendo. ducit in solitudinē carnem castigando. loquitur
ad cor delectationes infundendo sic patet scdm. (Sequitur terciū
in quo notat rectitudo in opere et in intentione cū dicit per vias re-
ctas. Rectū dicit qd equaliter se habet ad extrema Extrema autē
omniū. s. incipiū et finis est xp̄us Apoē. i. Ego sum alpha et o princi-
pium et finis dicit dñs. Tunc ergo sunt vie recte cum operatio et i-
tentio a deo incipiunt et ad deū terminant ideo orat ecclesia Acti-
ones nostras q̄s dñe aspiciendo preueni xē. Hoc est quod docuit
Thobias Tho. x. filiū suū Pete ab eo. s. a deo vt vias tuas diri.
Nota qd sunt septem que requirūtur ad perfectionē vie ad hoc vt
recte dirigat ad xp̄m. (Prīmū est vt sit equa per humilitatez non
mōtuosa per superbiā Ezech. xviij. Nunquid vie mee nō sunt eque
domus israhel. ysa. xl. Erant praua in directā et aspera in vias pla-
nas per. viā enī equam et planā sine labore itur et directe. per mon-
tuosam vero econuerso. vnde viam aquile ignorat Salomon. pro-
uerbi. 30. ideo Baruch v. Cōstituit domin⁹ humiliare omnē mon-
tem et rupes in equalitate terre vt ambulet isrl̄ diligenter. (Scdo
qd sit clara per caritatem nō tenebrosa per inuidiam. Job. xxij. In
vijs eius splēdebit lumen puer. iij. Justoz semita quasi lux splēdo-
re procedit et crescit vsq; ad perfectū diem. (Tercio qd sit secura et
pacifica per mansuetudinē nō plena malis bestijs et latronibus p-
iracundiā. Latrones enī occulte furātes et occidētes sūt qui occul-
tum rancorē habent in corde et ore detrahūt hi occidunt animas
suas ad min⁹ qz qd odit fratrē suū homicida ē. i. Jo. iij. Male bestie
sūt qd apte insurgūt qui ppter irā et vindictā maledicta et iniurias

maliciose primis irrogant. de his pōt conqueri dñs id **Gen. 31.**
Fera pessima deuorauit filiū meū ioseph **h** de via domini dicitur
ysaie xxxv. Nō erit ibi leo et mala bestia non ascendet per eam nec
inueniet ibi **puer. iij.** **Vie** eius vie pulcre et oēs semite eius pacifi-
ce. **Quarto** qd sit firma et solida per constantiam et per seuerantiam
nō fabulosa per leuitatē et aciditiam. qui enī ambulat per viam fabu-
losam fatigat et nō proficiat imo aliquādo retrocedit sic acidiosi
ideo **Eccl. xxv.** Ascensus arenosus in pedibus vestris. **h** de via dei
puerbi. iij. Oculi tui videāt recta et palpebre tue pcedant gressus
tuos et vie tue stabiliēt **Quarto** qd sit plana et nuda ab offendi-
culis per paupertatē nō lapidibus et spinis obsita per cupiditatez
Diuitias enī dñs vocat spinas **Matth. xij.** **Eccl. xxi.** Via impiorū
cōplantata lapidibus et infe. eoz in fi. et te. et pe. **Aufer** ergo offen-
dicula a via dñi vt restituas alienū et de residuo da paupib⁹ **ysa.**
lvij. **Auferte** offēdicula de via dñi **Et lxij.** Planū facite iter et eli-
gite lapides **Sexto** qd sit sicca per abstinētiā nō humida et aquo-
sa per gulā nam in locis humētibus dormit sub vmbra **Job xlii.**
ps. In terra deserta inuia inaquosa et sic in san. ap tibi vt vide. **ae**
Vnde imundus spūs ambulat per loca arida et inaquosa qren-
requiē et nō inuenit **Luce. xi.** **Ezo. xv.** filij israhel ambulauerūt p
siccum in medio eius qd sit dum aliquis etiā inter delicias absti-
nentiā seruat qd est laudabilius et mirabilius. **Septimo** qd sit
viridis mūda et ornata siue florida per continentiam nō lutosa et fe-
tida per luxuriā **ysa. xxxv.** In cubilibus in quib⁹ prius habitabāt
dracones viroz calamī et iunci oriētur et erit ibi semita et via scā
vocabit. et nō transibit per eam pollutus **vnde** hec est vox clamā-
tis in deserto **parate** viam domini rectas facite semitas dei nostri
Matth. iij. **Eccl. ix.** Mulier fornicaria quasi stercus calcabitur i via
Octauo erigit qd sit recta aliter predicta nō valeret scz per puri-
tatis intentionem nō distorta per vane laudis fauorē **Jo. i.** dir-
gite viā dñi **h** de malis dñ **ysai. lix.** Semite eoz incuruate sūt eis
oīs qui calcāt in ea ignorat pacē qd sit dñ ad omōdū ppiuz vel
laudē sua bō distortquent **hi sūt sic** balā falsus ppha cui⁹ asina a
rēo itinere deuiant **Qu. xxij.** sic pz terciū. **Sequit** qrtū in q no-
tat adeptio pmi⁹ et gle cū dñ. et oñdit illi regnū dei. **Nō** qd oñdit
triplex. pmo ad videndū per fidē sic mercatores solēt oñdere rhes
puleras

pulcras ut emantur de tali ostensione. **Eccē. xvij.** Posuit oculū hominū super corda eorum ostendere eis magnalia operum suorum et omnes sanctificationē et gloriā in mirabilibus suis non hoc dedit ceteris animantibus que oculos depressos habent super terrā **Doctius p.** uaqz euz spectent **et** Multi tñ sunt qui sic statuerunt oculos suos declinare in terrā qđ raro ad id regnum attollunt **(Scđo** ostendit ad experiendum per deuotionem sicut ostendit bonum vinum vel bonum electuariū ad pregustandū ut ardentius desideretur **Sap. vi.** Preoccupat qui se conat. ut scillis priorem ostendat **et** multi sūt infelices qui sequuntur mundū qui eos contemnit et delicias spiritalis sapientie negligunt **exemplū de p̄digo filio Luce xv.** **(Ter** cio ostendit ad possidendū per fruitionem sicut aliquis dicenti qm pulchra est res ista dicit volo qđ sit tua sic intelligitur in p̄posito **Oñ** dit illi regnū dei ita ostendit domin⁹ beato stephano regnum celorum cum a iudeis lapidaretur **Act. vij.** **Eccē** video celos apertos quasi diceret ei dñs ne timeas fili si hostes precipitant domuz tuā terrenam. i. corpus qz ecce aperio tibi domū celestē ad quā nos **et.**

De Confessore. Sermo 22.

Istū deduxit dominus per vias rectas **et.** **Sapi. i.** Volenti ire ad aliquem locum duo maxime vident esse necessaria. **Primo** qđ habeat bonū ductorem qui eum ab hostibus et periculis defendat unde petebat **ps.** p̄pter no. tu. dñe deduc me. **(Scđo** qđ per viam rectā deducat ut ad em̄m constitutū pueniat **ps.** Spūs tuus bonus deducet me in terram rectā que duo tangunt in x̄bo p̄posito **In** q̄bus duo sunt notanda. **primū** est beneficium et curialitas saluatoris cum dicitur **Istū** deduxit dñs **Magnum** beneficium et magna curialitas est pauperi et ceco si ad pallacium duceretur a p̄prio domino **unde ps.** et hoc gracias agens dicit **Tenuisti** manū dextrā meam **et.** **(Scđm** est ad terminū debitum directio viatoris cum dicitur **per vias rectas.** quid enī necessarius viatori quā per viam rectā deduci ne oberret **id ps.** deduxit eos in viam rectā ut irēt in ciuitatē habitationis **(Circa** primū nota triplex beneficium dei erga peccatorem. **p̄mo** enī educit de statu culpe. **Scđo** deducit per viam iusticie. **Tercio** inducit in regnū dei **p̄** g° educit de statu c° libet culpe. **et** primo de statu superbie. **ps.** **Eduxit** eos de tenebris